Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ab omni malo purget semper
et muniat. P. Sup. Munera
tua deus delectationibus terre-
expediant et celestibus nos sp
instruant alimentis. P. Feria
Fratres. Sicut. ad Romanos.
per unius delictum omnes
homines in condempnationem
mortis: sic per unius iusticiam om
nes homines in iustificationem
uite. Sicut enim per inobedienciam
unius hominis peccatores con
stituti sunt multi: ita per unius
obedienciam iusti constituuntur
multi. Lex autem intrauit ut habunda
ret delictum. Ubi autem habundauit
delictum superhabundauit et gracia.
ut sicut regnauit peccatum in mor
tem. ita et gracia regnet per iusticia
am in uitam eternam. Per ihesum
xpm dominum nostrum. Secundum Lucam
In illo tem. Descendit ihesus
in capharnaum ciuitatem gali
lee: ibique docebat illos sabba
tis. Et stupebant in doctrina
eius: quia in potestate erat sermo
eius. Et in synagoga erat ho
mo habens demonium immundum
Et exclamauit uoce magna
dicens. Sine. Quid nobis
et tibi ihesu nazarene? Venisti per
dere nos. Scio te quod sis sanctus

dei. Et increpauit illum ihesus
dicens. Obmutesce et exi ab
illo. Et cum proiecisset illum de
monium in medium exiit ab illo:
nichilque ei nocuit. Et factus est
pauor in omnibus et colloque
bantur ad inuicem dicentes.
Quid est hoc uerbum quia in potesta
te et uirtute imperat immundis
spiritibus et exeunt. Et diuul
gabatur fama de illo in omnem
locum regionis. Feria sexta
Fratres. Ora. Ad Colocenses.
Oracioni instante uigilan
tes in ea in graciarum accione oran
tes simul et pro nobis ut deus ape
riat nobis ostium sermonis ad
loquendum misterium cristi: propter
quod eciam uinctus sum, ut
manifestem illud: ita oportet me
loqui. In sapiencia ambulate
ad eos qui foris sunt tempus
redimentes. Sermo uester
semper in gracia sale sit condi
tus ut sciatis quomodo oporteat uos
unicuique respondere. In xpo ihesu
In illo te. Lucam. domino nostro.
Factum est ambulantibus illis
in uia dixit quidam ad ihesum.
Sequar te quocumque ieris. Et
ait illi ihesus. Vulpes foueas
habent: et uolucres celi nidos